

Novit Dominus, qui sint sui; Extera negotia et viciniora
et notiora vobis arbitror. Illud addere omnino debui, quod
M. Joannes Bockmannus Ecclesia nostra sumus Pastor te
suo nomine jubet saluere plurimum, qui et tui nominis
se studiosissimum esse mihi sapienter testatus est, et tuas lucubra-
tiones inter charissimos sibi libros reposuit. Vale Humanis-
sime Domine, et utilissimis tuis scriptis multos doce, et
tibi plurimorum bonorum amorem genera. Data Elbingae
Prædie Nonas Januarij. Anno temp. ult. 1590.

Carissimo et humanissimo Viro
Dn. M. Davidi Sares, Illustris sapi-
entiae domus in Academia Heidelberg.
supremo Rectori, Dno et Amico suo
reverenter colendo. r.

Excellentia Tua observantissimè
Thomas Rotus Borussia
Rector Scholæ Elbing.

153)

Ex literis M. Danicij Sloepii ad Joh. Praetorium Breslae
9. Januarij 1590.
Illustris Domine, quæ singulari est pietate, et incredibili
mansuetudine ac benignitate, tres filios domi habet, maxi-
mam natae tredecim, alterum septem, minimum quinq-
annorum. Sueri ingeniosi sunt, et nulli ferè rei, nisi pie-
tatis et opt. literarum amantes, itaq. mihi successorem quæ-
rit vitam non leviter tinctum literis, sed doctum et bo-
num, cui possit eos post meum discessum erudiendos com-
mittere. r.

154)
D. Sares

D. Henrico Fabricio Medicinae Doctoris.
Salutem. Pro eâ, quâ ante annos octodecim Heidelberg
familiarissimè usi sumus amicitia, humanissime D. Fabrici,
amice optime, facere non potui, quin occasionem tam
doneam nactus ad te scribendi, pristinae illius consuetudi-
nis nostrae memoriam tibi non ferunt, et quæ alterius
forte temporis fuerit, sed familiari salutatione. si n.
in amicitia veteri quoq. suavissima esse debent, nihil
mihi jucundius hoc tempore visum est, quam posse salu-
tare et appellare veterem illum amicum Fabricium,
meumq. rursus facere, cui suum est plus quam suum olim
me esse meminisse. Pari, ni fallor, ut olim, ita nunc quoq.
navigio navigamus. Ego hic in septimum annum post
vartan